

Pueri inepto cibo vtūtūr: multiplicati verō sunt vapes, & à frigiditate condensati, & à natura expulsi ad emunctoria. Cuique natura fecerit quantum potuit, reliqua in Medici diligentia posita sunt.

Collegium de Catarrho in edibus Montani,  
Anno 1550. Iunij 15.

## BELLOCATVS.

**N**O BILIS vir annorum ætatis 30. qui ante perpeſsus multas diſpoſitiones, accessit ut restituatur ei sanitas, & præſens conſeruetur. Laborauit scrofulis circa guttur, fuit curatus, & curatio diu fuit protracta, & vſus vietū pro libitu ſuo, & non lædebatur à 12. anno ad 28. & non fuit læſus: quia fluxum narium paſſus eſt, paſſus eſt dolorem dentis maximæ ſinistræ, euelt eum: in alia parte doluit aliud dens, & perpeſſus noſumentum oculi dextri, & de quo etiam conqueritur nunc, non poteſt recte diſcernere obiecta dearticulatè oculo iſto. Accessit aliud, patitur descensum catarrhi ad palatum, & cogitur cum expuere: nō facit tuſſim, ſed excretionem. De hiſ ſympotatibus nunc conqueritur, dens euulfus nō moleſtat eum, & alter corruptus eſt, quia eū tetigit ſucco chelidoniæ. & in fruſta cominutus excidit. Is vir eſt temperamenti calidi & humidi, caput eſt calidum & humidum: per humidum labitur, attētantur excremēta per nares, eiecta multa per ſputum & descensum per fauces. De caliditate, quia eſt proprium capitis calidi attrahere humiditates, & redundare eis, quando ſcīcet caliditas eſt iuncta cum humiditate. Item læditur facile à contrario, hyeme læditur à frigiditate facile caput, & æſtate à ſole. Ab extrinſecis facile læditur, quæ teſtātur raritatem corporis: quia rara facile læduntur à cauſis extrinſecis, & ideo multiplicantur multi catarrhi. Accessit item, quod per aures efluxit ut ſanies, & ſiunt exanthemata. Ventriculi & heparis non perciptiſ noſumēta. ventriculi non: quia optimè appetit, concoquit, non aggrauatur. Credo hepar labi à temperatūra per caliditatē. Signa ſunt, ampliudo venarum, carnositas corporis: non eſt valde carnosus, ſed muſculosus, tamē pili nō ſunt in regione heparis ob humiditatem materiæ, quæ diſfundit: hepar calidum eleuat vapores multos, & fit catarrhus. Moleſtatur nunc catarrhos & hebetudine viſus. Hebetudo viſus vel extiratione virtutis, vel ſpirituum, vel quod non transmittatur ad oculos: vel quia ſunt obſcuri, vel etiā quia instrumenta deſeruentia viſui ſunt laſa: ſunt inſtruſumēta tunicæ, quæ interduum obſcurantur, & humor crystallinus, in quo fit viſio: ego volui experiri, clausi alterū oculum, ſpiritus proueniūt optimè, quia clausi & ſimiſis permaneſt, &c. non eſt etiam obſcuritas. Cur tamē non recte diſcernit? eſt materia catarrhoa collecta, quæ obſcurat, & deuenit hæc materia catarrhoa ad humorem ambientem crystallinum: qui eſt instrumentum viſus, & ita non bene fuſcipiuntur obiecta. In parte ſinistra, quia natura fuit ſollicita, ne vtraq; pars periret: & in ſinistra magis, quia debilior eſt. Cauſa alterius ſymptomatis,

Dens angulit & commi-  
nuit ſuero cheledoma

**A** quod ſepiuſ cogitur expuere, eſt materia multa catarrhoa defluēs. Pustulae circa aures ex eadem materia. Cauſa igitur horum malorum eſt materia catarrhoa, generata in capite, quæ demandatur ad diuersas partes. Cauſa catarrhi tam internæ quam externæ. Externæ, cibus malus, ut diſxit: item prohibitus fluxus narium. Accessit ad id temperatūra calida & humida capitū, quæ apta eſt ad generādum catarrhum. His ſtantibus, cūm iſte morbus diu egerit radices in oculo, crederem eſſe diſſicilem curam, ut poſſit tolli ex oculo: ſed ne alter oculus inficiatur, debemus eum tueri. De catarrho dico, licet non eſt diſſicile tollere, tamen etiam imposſibile, quia eſt illi conaturalis: tamen poſſemus præſeruare diuertendo & euacuando catarrhum. Primū omnium eſt opus, ut tollamus materiam præſentem: & quia nunc non eſt tempus conuēniens, cupit conſilium, & curam diſſert in Autumnum. Eſt igitur opera preſum ut euacuemus catarrhum ex capite, & roboremus caput, & diuertamus ſi quid generabitur. Curatio ergo auſpicanda ab hoc, ut totum corpus euacues, & hoc miſſione ſanguinis per venam iecoriam, quia refrigerat hepar. In Septembri igitur ſeca lecoriam: ſi viſ à capite euacuare, ſeca mediam. Lenito aluum primō, & quia eſt in florida ætate, extrahe copioſe ad 3. x. & deinde euacula catarrhum præſentem, primō digere remittentibus caliditatem heparis, & attenuantibus catarrhū ſyrupo de betonica & roſato, adde aliquid cichoreaceorum, ut refrigeres hepar. Si eris in tempore frigidore, lenito primō hiera cum cassia, & concoctione facta euacula caput cocchiis, de agarico Mefue, vel agarico cum cassia, adde parum rhabarbari pro bili. Post hæc vniuersalia deuenirem ad masticatoria, caucrem à ſternutatoriis propter affinitatem oculi cum naribus, ne materia attraheretur ad oculos, & eſſem contentus masticatoriis, quia etiam ſympo- ma oculorū deſiit: ſed ne diu in his perſeuere- me, ne trahas ad dentes. Et quia catarrhus eſt ratio- ne heparis, eſſet optimū refrigerare hepar aquis Veronensibus, non obſunt ventriculo, & euacuant ex vijs ductuum. Itaque expurget corpus, & ſumat aquas in Iulio, & poſtea deuenirem ad cauteria, quæ haberent vim diuertendi materias; & quia materia fluit ab inferioribus, facere cau- teria in tibijs, quia volo diuertere à toto corpore, non autem à parte: & ſi diuertant cauteria bra- chij, tamen plus à toto tibiarum. Purgetur inter- dum, aliquando cocchiis, frigido tempore de maſtiche, de aloë, de agarico. Hoc modo voluisse in ut præſeruaretur, ut octo dieb. interiectis hiſ vte- retur. Et cassia utatur tempore calido, adde pul- ueres aniforum, vel foeniculi pro diſcutiendo fla- tu. Fugiat aromata euaporantia ad caput, vina fortia. Utatur cibis generantibus bonum chy- num, & non cacochymis: aut, ut ſunt carnes pul- lorum. Olera fugiat. Utatur frictionibus & exer- citatione ante cibum, ut corpus diſſletur, & ma- teriae quæ tendunt ad caput.

## FRISIMELICA.

Aureæ pillulæ & bilem & pituitam euacuant,

n 4